

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Samuel Bohl

**M. Samuel Bohl Gryphenbergensis Pomeranus, S.S. Theologiae Studiosus
Officiosißime & amicißime invitat Cultores Linguae Sanctae ad audiendam
Apodixin Constructionis Scripturae Testamenti Veteris. pro ut suppeditat eam
Positus Vocab Et Accentuatio**

Rostochii: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742546772>

Druck Freier  Zugang



Clc-2781¹¹



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742546772/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742546772/phys_0002)

DFG

M. SAMUEL BOHL,

Gryphenbergensis Pomerā-

nus, S. S. Theologiæ Stu-
diosus

Officissime & amicissime invitat

CULTO- RES LINGUÆ

Sanctæ ad audiendam

APODIXIA

CONSTRUCTIONIS
SCRIPTURÆ TESTA-
MENTI VETERIS.

prout suppeditat eam.

POSITUS VOCUM ET AC-
CENTUATIO.



ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAUS KILIUS, Acad. Typogr.

Anno M. D. XXXVII.

Ic- 2781 II

618



THE GENEVA BIBLE

Capitulum iusqu'à Poitiers

АНДІ

et superbae

УСЛОВИЯ





Um novæ suboriuntur
hæreses, necesse est earundem
autores novas comminiscan-
tur scripturæ explicationes;
Nam sicut quilibet pro se
mentitur loqui Spiritum San-
ctum, ita nemo non insuum sensum Dei detor-
quet eloquia. Et cum maxima pars mundi non
bibat ex fontibus, multi student, ut suo vene-
no inficiant rivulos, ut quod respuebat fons,
certo admittat propago. Et dolendum sane est,
quod semel discussis tenebris Ecclesiæ, & satis
commoda versione Biblica proposita, tamen
alij non satis instructi mediis interpretationis
hanc fugillarint, & etiamnum sine ratione car-
pant, quæ quantum turbent, quotidianæ testa-
tur experientia. Non hoc volo, quasi non licet
accuratius perspicienti sensum Spiritus Sancti,
discedere à versione, sed hoc tantum dolco,
quod non substitutis melioribus, bona con-
temnantur, atq; ita turbentur incerti.

Non autem finis erit novarum versionum,

A 2

sem-

Emper enim habebit Magistellus, quod alia la-
tinitate queat efferri, sope habebit conciona-
tor, quo fontes allegatos prostituat, antequam
credamus & demonstretur, propositiones lin-
gvæ Hebraicæ non admittere duplē constructionem, nisi cum duplex respectus, de quo
autem prius erit certandum ex arte, num detur,
involvitur. Duplex autem constructio facile
refutatur, cum positum vocum & accentua-
tionem recte intelligimus, tunc enim contradic-
centem hoc effato constringo. Hæc propositio,
*Hic versus, ratione constructionis, non potest ali-
te efferri, atqui sic, quia nunquam Spiritus San-
ctus seu ipsa lingua tali posita talem constructionem*
proponit, imo, *nunquam nullo dato, nullo inquam*
dato dissimili exemplo, versus ejusdem sensus
vel etiam constructionis repetitur, si sit tot vocum,
qui non una eademque veniat accentuatione exemplum simile est vulgare propositu, & quod cum
antea sit notum meum collegium non tangit,
adduco ex Esaiæ 53. ubi de Messia dicitur
quod sit percussus à D E O, Hic fuerunt, ut
audio, qui *Moschee clochim explicarunt contra*
contradicentes per percussum Deum, Hæc si
tyro linguae hujus audiat, videt prostitui lin-
guam, cum *adjectivum præcedat, quod de-
bebat*

Sebat sequi, ut alias rationes taceam. Ita in
hoc positu quem meditor est progrediendum,
qui tanta cum ineeritudine ignoratur, quan-
ta cum securitate negligitur. Et ipsa accen-
tuatio, quam certò credita fuit tantum inser-
vire Musicæ, tam incertam manere facit distin-
ctionē. Est autem positus vocum, pro ut ego cum
sumo, certa lex, quæ docet quando in propo-
sitione vel ejus partibus latius extensis, præcedere,
vel sequi, vel interponi debet. Nomen pronomen-
tis vel particula, & quo inter se repetita ordine, adeo
ut hisce juxta regulas collocatis, perpetuo dare
quæ rationem, quare contra ordinarium positum
procedat Spiritus Sanctus, & ratio ex similibus lo-
gis confirmetur cui positui inservit accentuatio, ex
qua ipse certo modo rectius intelligitur.

Et censeo omnino, æternum DEI Spiritum
tam arctis canonibus voluisse includere suum
verbum, ut eo perfectior, & ab omnibus am-
biguitatibns magis immunis esset sensus lite-
ralis & Grammaticus, & hæretici, falsatores
detorsores non haberent, quo se coram judice
supremo excusat.

Exordiar ergo DEO volente, in honorem
DEI nostri, confirmationem fidei & certitudi-
nis & meæ & auditorum meorum, & propo-

nam 1. TOTAM DOCTRINAM AC-
CENTUUM, incipiens à primis principijs,
ad ministerium sensus usq; ea perducens, sicut
ti probam quandam in disputationibus ali-
quot publicis feci, quarum ut & subsequen-
tium compendium jam promitto. 2. Demon-
strabo POSITUM VOCUM, & rationes
diversitatis semper & ubiq; infallibiliter tra-
dam, etiam cum de longe ex respectu versus
alterius cuiusdam variat positus in uno, horum
inquam rationes dabo, & ex scripturæ via per-
petua confirmabo, incredibile enim est, quam
arctis legibus, quod rudi exemplo Figurarum
Grammaticarum necessario in illo loco ubi oc-
currunt, ponendarum, si instituti ratio permit-
teret declarare possem, suum verbum adstrin-
xerit nostri causa liberrimus spiritus,

Hoc Collegium jam intimare volui, ut tan-
dem post aliquot septimanae aperiatur. Jam
enim sum in eo totus, ut Jobi Orationes cum
Orationibus conferam, argumentorum vim
& rationem connexionis demonstrem, ut ver-
ba unius ex alterius responsione dimetienda
esse doceam, quod absoluta Grammatica hac
septimana Dn. auditoribus meis propono. Nec
patitur Esaias, in quo figuras Rhetoricas & Pro-
pheticas

pheticas cām idiotismo linguae, nec Zacharias, cuius Targum, nec Malachias, cuius Commentatores Judaicos, nec Epistola ad Hebreos, cuius paraphrasin Syriacam, in diversis collegijs explico, ut statim hoc quod intimavi aperiam collegium. Incipiam ergo absoluto Jobo tam ob horæ commoditatem, quæ est decima matutina, quam ob majoris commodi certitudinem, nam cum uberiori fructu hæc audientur, quando tam difficilis author primum recte intelligitur.

Maturius autem illud significare volui, partim ut innotescat ijs, quos novi ex alijs Academijs ad nostram celeberrimam esse advolaturos, partim ne videantur ea fieri in angulo, quæ multorum judicium & informationem prærequirunt, partim etiam ut his publicis chartis & alios invitent ad audiendam explicationem meam super Jobum, ut postmodum majori cum emolumento audire queant apodixi; Tales enim præsuppono auditores, qui utcunq; textum Biblicum resolvere valent, quam artem me satis recte propositurum esse confido in enodatione tam gravis authoris.

Agite ergo viri optimi Studiosi linguae Sacrae, accingite vos ad opus multis visum novum

&

& ridiculum, quibusdam impossibile, eventus
autem docebit arbitrium, sicut in alijs, quæ
judicia imperitorum spe prosperioris exitus ri-
debant, id jam sumus experti. Unice autem
intendo hoc, ut quantum humana industria &
indefesso labore per DEI gratiam fieri queat,
certitudo & apodixis explicationis veræ in
constructione confirmetur, quamdiu ad res
Theologicas ex professo, vi statutorum Acade-
micorum descendere non licet, alias plura &
promitterem & præstarem, unice in hunc
finem, ut proscribatur odiosum illud dicte-
rium. *Hoc potest ita, potest etiam aliter con-
strui.* Ut hæc assequamur, dabit media ille
DEUS, qui suis discipulis promisit ductum
& præsidium in omni veritate. P. Rö-
stock, Dominica Cantate,

ANNO 1637.

()



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742546772/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742546772/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742546772/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742546772/phys_0012)

DFG

pheticas cùm idiotismo lingua, nec
rias, cuius Targum, nec Malachias, cui
mentatores Judaicos, nec Epistola
bræos, cuius paraphrasin Syriacam, in
collegijs explico, ut statim hoc quod i
aperiam collegium. Incipiam ergo a
Jobo tam ob horæ commoditatem,
decima matutina, quam ob majoris co
certitudinem, nam cum uberiori fru
audientur, quando tam difficilis auth
mum recte intelligitur.

Maturius autem illud significare vo
tim ut innotescat ijs, quos novi ex alijs
mijs ad nostram celeberrimam esse ad
ros, partim ne videantur ea fieri in
quæ multorum judicium & informa
prærequirunt, partim etiam ut his
chartis & alios invitem ad audiendam
tionem meam super Jobum, ut post
majori cum emolumento audire quea
dixin; Tales enim præsuppono auditor
utcunq; textum Biblicum resolvere
quam artem me satis recte propositur
confido in enodatione tam gravis auth

Agite ergo viri optimi Studiosi ling
ua, accingite vos ad opus multis visum.

